



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

6. Quænam credenda sint necessitate præcepti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

70 TRACTATUS II.

ARTICULUS VI.

*Quænam credenda sint necessitate
Præcepti.*

OMNES fideles tam minores quam maiores restenentur explicitè credere ea quæ communiter solemnizantur in Ecclesia, & publice proponuntur: verba sunt S. Th. 2. 2. q. 2. ad ubi bene notat Joan à S. Thoma quod non sine causa addatur illud verbum Proponuntur plura enim proponuntur credenda quam solemnizantur in Ecclesia, si agatur de solemnizatione festivitatum. Tenentur igitur omnes tam minores quam maiores scire Symbolum Apostolorum. Quod inde satis colligitur quia Ecclesia nullum adultum admittit ad Baptismum nisi sciat Symbolum Apostol. Unde in Conc. Braccar. 2. can. 1. præcipitur omnibus Episcopis ut per 20. dies ante Baptismum current Catechumenos ediscere Symbolum. Et c. Vos de cons. dist. 4. patrinis præcipitur: *Ante omnia Symbolum, & orationem Dominicam, & vos ipsi tenete, & illis quos suscepistis de Sacro Fonte ostendite.*

Et ne videatur eadem obligatio minorum & majorum, subjungit S. Thomas: *Alias autem subtilem considerationes, circa Incarnationem articulos tenentur aliqui magis vel minus explicitè credere, secundum quod convenit statuio officii.*

DE
officio
mysteri
satisfact
rudes i
oppon
Not
sub m
fidei n
nem q
ligat u
à S. Th
dis. 13
catum
botenu
contra
citas, a
cuset. O
mis fac
næ rud
sunt ta
re, du
illos on
cipuas

Dixi
Quia a
possunt
teram L
sessione
multi d
nonnul
Hac

DE FIDE INTERNA. 71

officio uniuscujusque. Idem dicendum est de mysterio SS. Trinitatis , videlicet ut majores satisfactionem dare valeant omni poscenti, & rudes instruere , & hæreticorum erroribus se opponere.

Notandum etiam quòd non sit obligatio sub mortali scire Symbolum seu Articulos fidei memoriter ; quantum ad verba & ordinem quo proponuntur , non enim ad hoc obligat ulla lex Ecclesiæ , ut etiam docet Joan. à S. Th. citans Palud. Navarrum & Suarez dis. 13. de fide sect. 5. n. 8. Erit tamen peccatum veniale non addiscere memoriter verbotenus , propter negligentiam , & quia est contra praxim Ecclesiæ. Nisi naturalis incapacitas , aut discendi occasio etiam à veniali excusat. Quod bene notent Confessarii , ne nimis facile dimittantur sine absolutione personæ rudiiores , quæ ob incapacitatem non possunt tam citò illos articulos memoriter tenere , dummodo interrogati satis ostendant se illos omnes credere quoad substantiam & præcipuas partes.

Dixi quoad substantiam & præcipuas partes. Quia aliqua sunt quæ rudiiores capere non possunt. v.g. Ascendit ad cœlos , sedet ad dexteram Dei Patris &c. Quidnam enim per hanc confessionem ad dexteram Patris intelligatur , multi docti ignorant: & idem judicium sit de nonnullis aliis.

Hâc occasione etiam dicendum erit quid-

D 3

nam

72 TRACTATUS II. I

nam ulterius scire oporteat sub præcepto,
quidem in ordine ad credendum , sed ad
operandum.

Præcepta decalogi & Ecclesiæ omnes
debent sub gravi peccato , non quidem que
Ordinem & verba , sed saltem quoad sensu
cum hoc ad rectè operandum sufficiat ; mo
absit contemptus & crassa negligentia . Se
ergo oportet , & sufficit , Deum esse on
dum & honorandem , non licere pejer
occidere , fornicari &c. Monendi tamen su
omnes , ut qui facile possunt addiscant artic
ulos fidei , & præcepta tam decalogi quam
Ecclesiæ , non tantum quoad sensum , sed quo
verba & ordinem ; sic enim in Catechismis
juventute pueris proponuntur.

Sciri etiam debent Sacra menta quoad
merum & quidditatem , saltem illa quæ
necessitatis. v.g Baptismus , Pœnitentia , S.
charistia , & alia pro tempore quando ea re
pienda sunt. Excusat P. Suarez à culpa mon
ignorantes orationem Dominicam . Quod te
solum ut verum approbarem , quando stupi
tas seu incapacitas tanta esset ut nullaten
possent retinere : quod valde rarum est ; q
saltem cum tempore paulatim unam post
teram petitionem retinebunt. Quidquid
men sit , scire debent adulti quomodo
quid orandum sit , quod aptius fieri po
test etiam à rudibus quam per oratione
Dominicam & salutationem Angelicam.

ART